

MAXIMILIANO CAESARI AVGVSTO
INCLYTO IOANNES FRAN-
CISCVS PICVS FOE
LICITA,
TEM.

CCASIONEM Dedisti mihi Caesar clementissime, ut ea studia, quibus olim oblectabar, nunc quodam quasi postliminio re peterem, ab eis enim tum negotijs armorum diuerteram, tu gra uiorum ocij litterarū distentus nūcium remiseram. Monstrasti dum essem apud te in Germania, Cruces, Clavos, Lāceas, & alia pleraq; coelesti quadam nec visili pluuia corporibus deliniata, & quaē hac de rebib etiam literis significata fuerant, qua es facilitate, dignatus es e Germanica in latinam linguam interpretari. Vidi & ipse postq; a tua maiestate discessi, in Italiam redditurus, multa quaē non modo fidem rei iam vulgatæ astruerent, sed maiorem multo demiratōem incuterent, & vniuersam pene Germaniam ad coelestia prodigia, religionis ergo commouerēt. Quo factum vt rem tam celebrem, tam dignam posteritatis memoria, litterarum monumentis, Heroiciss q; potissimum versibus in p̄sentia mandare destituerim. Nil eas veritus calūrias, quas philosophastri funderent, ignari altissimos litterarū locos, a prima antiquitate, metro concelebrari solitos, nec apud Platonem & Aristotelem satis diuersati, Quorum ab altero Epigrāmata, ab altero etiā poemata excussa sunt, vt ipsius artis poetice p̄cepta reticeam. Ipsi autē theologi nec hymnos ecclisiæ dissimulent, nec nesciant Nazianzenum, Hieronymū, Sedulium, Paulinum, & alios carmina cecinisse. Nec eos p̄terierit Mosen primū diuinās laudes carmine Hexametro decantas, & Hebræum calamū nonnullis diuinorū libris versuum mensuras impræssisse, quas equidem non solum licere, verum & expedire quoquo modo, nostra etiam tempestate putauerim, modo fabulosa ne sit, nec obscena materia, modo gentiliū deorum memores ne simus, p̄sterq; forte, dum eos explodimus, dum damnamus. Sume igit̄ libenti animo Cæsar nostram hanc historiam altius repetitam, & carmine concinnatā, cuius lectione (si erit ocium) addi animo stimulos optarim, ut Christi memoriam in occidente minus reuerenter quandoq; habitā. In oriente vero principum desidia iam pene abolitam, renouādam pro viribus & illustrandā suscipias, & impīj Maomethis cultū penitus oblitteres. Et qm̄ militiæ tuæ me iam pridē, nec sine honore & egregia quadā auctoritate ascripsisti, Istiusmodi quidē compārādē victoriæ debemus ensem, partæ autē & publicādē stilū pollicemur. Vale.

S iii